

Nechutová, Jana

**Notae de pace v pražském univerzitním kodexu IV G 6**

*Studia historica Brunensia.* 2015, vol. 62, iss. 1, pp. [227]-233

ISSN 1803-7429 (print); ISSN 2336-4513 (online)

Stable URL (handle): <https://hdl.handle.net/11222.digilib/134672>

Access Date: 16. 02. 2024

Version: 20220831

Terms of use: Digital Library of the Faculty of Arts, Masaryk University provides access to digitized documents strictly for personal use, unless otherwise specified.

JANA NECHUTOVÁ

## **NOTAE DE PACE V PRAŽSKÉM UNIVERZITNÍM KODEXU IV G 6<sup>1</sup>**

### **Abstract:**

*The text of Hus's Sermo de pace in the codex of Prague National Library IV G 6 is followed on f. 60r–62r by a text described in the catalogue as Notae de pace. It is not a single unit, but two short units, the first of which ends at the end of f. 61r with an explicit prestante domino nostro Iesu Cristo. The paper analyses this first unit and shows that it is probably a speech of an academic official to the university audience.*

### **Key words:**

*Jan Hus, Sermo de pace, Prague University*

V rukopise pražské Národní knihovny IV G 6, v němž jsou zapsány především homiletické texty Jakoubka ze Stříbra, najdeme i dvě kázání Husova: univerzitní kázání *Ite et vos in vineam meam*, předposlední položku kodexu (f. 53r–60r) je podle Truhlářova popisu i podle Manuscriptoria *Sermo de pace* – Kázání o pokoji, připravené autorem k proslovení před kostnickým koncilem. Za jeho posledními slovy na f. 60r (*et Filio et Spiritu sancto in seculorum secula Amen Amen*) začíná pozdravem *Pax vobis in nomine crucifixi Domini* text další, jenž má podle soupisů explicit na f. 62r *que sunt extrema fortitudinis. Et tantum de illo*. Truhlář a s ním Manuscriptorium jej popisují jako jednu položku a nadepisují ji *Notae de pace*. (Následují pak ještě jako poslední položka kodexu na f. 62r–v exemplum Petra Damianova, na f. 62v úryvek z Řehořových Moralií *De exemplo malo* a dva krátké citáty, Augustin a papež Leo.)

---

<sup>1</sup> Příspěvek vznikl v rámci projektu GA ČR 13-21620S „Magistri Iohannis Hus Opera omnia. Ediční projekt v rámci přípravy Husova výročí v roce 2015“.

Při práci s Husovým kázáním o pokoji jsem se původně jen letmo seznámila se zápisem, který, jak jsem právě uvedla, za tímto Husovým projevem následuje na f. 60r–62r a je popisy označen jako *Notae de pace*. Ukázalo se, že se nejedná o jediný celek, nýbrž o dva celky kratší, z nichž první je uzavřen na konci f. 61r explicitem *prestante domino nostro Iesu Christo*, druhý začíná nahoře na f. 61v tématem (L 24, 36; J 20, 19) *Stetit Jesus in medio discipulorum et dixit Pax vobis* a končí na f. 62r – *et tantum de illo*. Oba tyto texty navazují na Husovo kázání motivem pokojí či míru a v obou případech také jde o kázání. Věnuji zde pozornost prvnímu z nich, které je scholastickým rozborem pojmu *pax* blízké Husovu kázání, motivem druhého je sice rovněž pokoj, výklad se ale soustředí k výrazu *medium* (*in medio discipulorum*), což se v Husově textu neozývá.

#### NK Praha IV G 6, f. 60r–61r

/60r/ *Pax vobis in nomine crucifixi Domini. Sit pax michi, pax alme matris nostre universitati et per omnia pax nobis omnibus et singulis personis suppositis et membris eius, et pax Dei, que exuperat omnem sensum, custodiat corda et corpora vestra in pace. Pace igitur directa michi quid sequitur*  
 5 *spectare et diligenti debite avetur? Pax michi dirigitur, ut per me vobis et in vos, sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron ad oram vestimenti eius, transfundatur. Et quia ad me pax partita in vos derivari deberet, merito vos saluto inquiendo Pax vobis.*

Sed notate, carissimi mei, diversam atque adversam esse pacem. Est  
 10 namque quadruplex pax, scilicet temporis, pectoris et eternitatis, ac iniquitatis. Pax temporis est tranquillitas temporis pacati absque bellorum conflictu, de qua Dominus ad Ierusalem: *Et quidem in hac die, que ad pacem tibi est*, et in libro Regum: *Bonus est sermo Domini, quem locutus est, sit tantum pax et veritas in diebus meis.* Et hec pax bona est, que est inter hominem et hominem. Unde Paulus apostolus: *Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus pacem habentes.* Nonne hec pax erat in adventu Christi, quando iuxta vaticinium Ysaie conflarunt *gladios suos in vomeres et lanceas suas in falces?* Quam pacem varii varie perturbant istis heu gemebundis temporibus diversa interponentes bella. Sperant se preterea pacem habituri  
 20 non perpendentes illud Senece 8 libro epistularum capitulo 3º: „Non est dubium, quin felicior sit pax numquam lacesita quam multo reparata sanguine.“ Huic adversantur, heu, tam extranei, de quibus nichil nunc ad nos, quam intranei, dicentes bonum malum et malum bonum, cupientes semper extolli, numquam volentes confundi, ut in omnibus et per omnia eorum stetur imperio, et vocari rabi ab hominibus contra preceptum Salvatoris: Noli-

25

te plures magistri vocari. Super quo Augustinus /60v/ in principio Retractacionum: „Plures magistri sunt, qui diversa atque adversa inter se sencidunt.“ Inter quos sic diversos non est Deus, prout ait Gregorius in omelia super illo, quod sudarium de corpore Domini erat convolutum in unum locum, ita 30 dicens: „Bene additur ‘in unum locum’: in scissura enim mencium Deus non est. Deus quippe in unitate est, et illi eius graciā habere merentur, qui se ab invicem per sectarum scandala non dividunt.“ Vos autem non sic, sed pocius habete pacem cum hominibus, cum viciis bellum, ut ait Seneca libro De moribus. Sic nempe studium vestrum sagaciter continuabitur non 35 peccando. Nam secundum Cassiodorum libro 1<sup>o</sup> epistola 43 „non est leve prudentes homines in pace constituta peccare“, sit igitur pax vobis. Et tantum de prima pace.

Secunda pax est pectoris, que est tranquillitas a temptationibus, cum spiritus iam domuit motus carnis. Unde Iob: *Quis restitit Deo et pacem habuit?* 40 Et in Psalmo: *Pax multa diligentibus et non est illis scandalum.* Et iterum: *Rogate, que ad pacem sunt Ierusalem.* Hec est inter spiritum et carnem, de qua Iob: *Aquiesce Deo et habeto pacem.* Nonne erat hec pax in pectore eius, qui dicebat: *In pace in id ipsum dormiam et requiescam?* Hec pax est melior prima, que secundum Augustinum De verbis Domini capitulo 58 est 45 securitas mentis, simplicitas cordis etc.

Pax tercia est eternitatis, que est omnimoda tranquillitas cunctis hominibus eternaliter sociata. Unde Psalmus: *Qui posuit fines tuos pacem et adipem frumenti, saciat te.* – Et Augustinus in Meditacionibus: „Creasti nos, Domine, ad te, inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te.“ Et Simeon: 50 *Nunc dimittis tu, Domine, servum tuum in pace.* Et hec est optima, que est inter angelum et hominem, quia ex homine reparatur ruina angelica. Ergo tempore Nativitatis decantabant angeli *Gloria in excelsis Deo* etc. Et Apostolus de Cristo: Pacificans que in celis et que in terris. Nonne hec pax erit in eo, cui beatus Iob ait: *Et pacatum reddet habitaculum tuum,* cum scilicet 55 mortale hoc induet immortalitatem et corruptibile incorruptionem. De hac pace loquitur Dominus Ysaie 66: Ecce ego inclinabo in vos sicut flumen pacem et quasi torrentem inundantem. Hanc pacem terciam habere non poterint, qui hic in via primam et secundam pacem finaliter non tenebunt. Unde Augustinus De verbo Dei capitulo 1<sup>o</sup> hortatur ad hoc quemlibet ita 60 dicens: „Concorda cum adversario tuo, nescis, quando via finiatur; cum vita finita fuerit, iudex restat, minister, et carcer. At si servaveris adversario tuo bonam voluntatem et cum et consenseris, pro iudice invenies patrem, pro ministro sevo angelum tollentem in sinum Brahe, pro carcere paradisum.“ Sed heu multi se credunt pacem hic observare iusticiam deserentes, contra 65 quos Augustinus super illud Psalmi 84 *Iusticia et pax osculate sunt sic loquitur:* „Due sunt amice, iusticia et pax. Tu forte unam vis et alteram non

facis – nemo enim est, qui non velit pacem, sed non omnes volunt operari iusticiam. Interroga omnes homines: /61r/ ‘Vis pacem?’ Uno ore respondet tibi genus humanum: opto, cupio, amo, volo. Ama iusticiam, quia due amici sunt iusticia et pax, ipse osculantur; si amicam pacis non amaveris, non te amabit ipsa pax nec veniet ad te.“ *Beati pacifici*, ait Cristus, *quoniam filii Dei vocabuntur*. Super quo Gregorius in Pastorali: „Si Dei vocantur filii, qui pacem faciunt, proculdubio Sathane sunt filii, qui confundunt.“ Ut igitur non confundatis, ymmo verius uniatis, sit pax vobis.

- 75 Pax quarta est iniquitatis, que est consensus anime sive spiritus cum voluptate, cum scilicet succumbit spiritus et vult idem quod voluptas. De qua Cristus in ewangelio *Non veni mittere pacem, sed gladium*, et Propheta: *Zelavi super iniquos pacem peccatoris videns*. Et hec est pessima, que est inter hominem et demonem. Unde Iohannes in Apocalipsi: Datum est dia-  
80 bolis, ut sumant pacem de terra, pacem scilicet Dei, et suam faciant cum hominibus. Nonne hec pax erit in illis, qui cum dixerint ‘pax et securitas’, tunc repentius superveniet eis interitus? Hanc pacem sperabat se habere, qui dicebat: *Anima mea, habes multa bona reposita in annos plurimos, comedere, epulare et bibe, et eadem nocte audivit Stulte, hac nocte repetenter animam tuam a te, et que parasti, cuius erunt?* Hanc pacem habent inter se mali homines bonis contrarii, que secundum exemplum Cristi dirrumpenda est, prout ait Ysidorus De summo bono libro 3º: „Concordia malorum contraria est bonorum, et sicut optandum est, ut boni pacem habeant ad invicem, ita optandum est, ut mali sint discordes.“ Impeditur enim iter bonorum, si unitas non dividitur malorum. Et quoniam secundum Cassiodorum  
90 22 „decet regalis apicis curam generalitatis custodire concordiam, quoniam ad laudem regnantis trahitur, si ab omnibus pax ametur. Quid enim est, quod principem melius predicet, quam quietus populus, concors senatus et tota res publica mox honestate vestita?“ Me autem in loco principatus licet  
95 inmeritum constitutum considerans insufficientem paccare tantam multitudinem, ut pax terna in nomine sancte Trinitatis conservari valeat illesa pace iniquitatis a suppositis nostre alme universitatis in longe lateque relegata et expulsa, adiungite, queso, michi viros gnaros, arte expertos, moribus maturos, fama conspicuos, auctoritate prepotentes, in quibus sit sciencia, pax,  
100 sapiencia prudenciaque ad regendum, quod eorum consilio Deo auspice pacifice coronari valeamus prestante Domino nostro Iesu Christo.

**3** et – vestra] Phil. 4, 7   **6/7** sicut – eius] Ps. 132, 2   **8** Pax vobis] Luc. 24, 36; Ioh. 20, 19.21.26   **12/13** Et – est<sup>1]</sup>] Luc. 19, 42   **13/14** Bonus – meis] IV Reg. 20, 19   **15/16** Si – habentes] Rom. 12, 18   **17/18** gladios – falces] Is. 2, 4   **20/22** Non – sanguine] SEN., Epist. 66, 40 (p. 221)   **23** dicentes – bonum<sup>2]</sup>] cfr Is. 5, 20   **25/26** Nolite – vocari] cfr Matth. 3, 10; Iac. 3, 1   **27** Plures – senciunt] cfr AUG., Retr., Prologus 2 (p. 6)   **30/32** Bene – dividunt] GREG. M., In euang. 2, 22 (p. 183)   **33** habete – bellum] cfr Auctoritates Aristoteli

*telis, Senecae, Boethii, Platonis, Apulei Africani, Porphyrii et Gilberti Porretani quas compilauit Iohannes de Fonte* (p. 280) **35/36** non – peccare] CASSIOD., *Var.* 5, 43 (p. 221) **39** Quis – habuit] Iob 9, 4 **40** Pax – scandalum] Ps. 118, 65 **41** Rogate – Ierusalem] Ps. 121, 6 **42** Aquiesce – pacem] Iob 22, 20 **43** In – requiescam] Ps. 4, 9 **45** securitas – cordis] cfr Ps. AUG., *Serm. suppositi* (col. 1931) **47/48** Qui – te] Ps. 147, 14 **48/49** Creasti – te] AUG., *Conf.* 1, 1 (p. 1) **50** Nunc – pace] Luc. 2, 29 **52** Gloria – Deo] Luc. 2, 14 **53** Pacificans – terris] cfr Col. 1, 20 **54** pacatum – habitaculum] Iob 8, 6 **56/57** Ecce – inundantem] cfr Is. 66, 12 **60/63** Concordia – paradisum] AUG., *Serm. Script.* 109 (col. 638) **65** Iusticia – sunt] Ps. 84, 11 **66/71** Due – te] AUG., *In Psalm.* 84 (p. 1172) **71/72** Beati – vocabuntur] Matth. 5, 9 **72/73** Si – confundunt] GREG. M., *Past.* 3, 23 (p. 414) **77** Non – gladium] Matth. 10, 34 **78** Zelavi – videns] Ps. 72, 3 **79/80** Datum – terra] cfr Apoc. 6, 4 **83/84** Anima – bibe] Luc. 12, 19 **84/85** Stulte – erunt] Luc. 12, 20 **87/89** Concordia – discordes] ISID., *Sent.* 3, 31 (p. 269) **89/90** Impeditur – malorum] cfr ibidem **91/94** debet – vestita] CASSIOD., *Var.* 1, 23 (p. 31) **98** adiungite – gnaros] cfr Deut. 1, 13

### Bibliografie citovaných autorit:

- Les Auctoritates Aristotelis.* Un Florilège Médiéval. Etude Historique et Edition Critique. Ed. by J. Hemesse. Leuven 1974.
- Sancti Aurelii Augustini Confessionum libri XIII.* Ed. M. Skutella – L. Verheijen. Turnholti 1990.
- Sancti Aurelii Augustini Enarrationes in Psalmos.* Ed. E. Dekkers – J. Fraipont. Turnholti 1956<sup>1</sup>, 1990<sup>2</sup>.
- Sancti Aurelii Augustini Retractationum libri II.* Ed. A. Mutzenbecher. Turnholti 1984.
- Sancti Aurelii Augustini Sermones de scripturis.* Patrologia Latina 38. Ed. J. P. Migne. Lutetiae Parisiorum 1865, sl. 23–994.
- Pseudoaugustinus. Sermones suppositi de Scripturis.* Patrologia Latina 39. Ed. J. P. Migne. Lutetiae Parisiorum 1865, sl. 1735–1972.
- Magni Aurelii Cassiodori Variarum libri XII.* Ed. A. J. Fridh. Turnholti 1973.
- Gregorius Magnus. Homiliae in evangelia.* Ed. R. Étaix. Turnholti 1999.
- Grégoire le Grand. Règle Pastorale II.* Ed. F. Rommel. Paris 1992.
- Isidorus Hispalensis. Sententiae.* Ed. P. Cazier. Turnholti 1998.
- L. Annaei Senecae Ad Lucilium epistulae morales I-II.* Ed. L. D. Reynolds. Oxonii 1991.

Pozdrav v incipitu se obrací k akademické obci pražské univerzity, takže je možno očekávat, že před sebou máme univerzitní kázání proslovené patrně akademickým hodnostářem. Pojem míru je pak scholasticky členěn (*sed notate, carissimi mei, diversam atque adversam esse pacem. Est namque quadruplex pax...*) na *pax temporis, pectoris, eternitatis, iniquitatis*. Autor textu vykládá všechny tyto distinkce, aktualizuje však pouze první z nich: *Tento mír různí lidé v této politováníhodné době různým způsobem ruší ... Protiví se mu jak cizinci – ale ti nás v tuto chvíli nezajímají, tak domácí..., kteří se stále touží vynášet ....* Závěr celého tohoto projevu pak do výkladu zavádí zodpovědnou jakoby vladařskou péči o mír: *protože podle*

*Cassiodorova 22. listu přísluší péči královské výsosti střežit všestrannou* (všeobecnou – generalitatis) *svornost, neboť k dobré pověsti vladaře* *přispívá, milují-li všichni mír, co nás tedy velebí víc než lid žijící v pokoji,* *svorný senát, a celý stát, je-li oděn našimi ctnými mravy? A protože vím,* *že jsem sice – jakkoli nezaslouženě – ustanoven na předním místě (in loco principatus), že jsem však neschopen přivést k mírovému soužití takové* *množství lidí, pak, aby onen trojí mír mohl zůstat ve jménu Svaté Trojice* *plně zachován, a aby se naopak nespravedlivý mír co nejvíce vzdálil členům* *naší slavné univerzity, prosím: doporučte mi znale a vzdělané muže, muže* *mravně vyzrálé a s bezúhonnou pověstí, kteří se těší vážnosti a kteří mají* *znalosti, pokojného ducha i vladařskou moudrost, abychom díky jejich radě* *s boží pomocí mohli být v míru korunováni (coronari) z milosti našeho Pána,* *Ježíše Krista.* Výrok, v němž čteme výrazy *in loco principatus* a *coronari*, může svádět k pokusu uvést náš text do souvislosti s událostmi v Praze na počátku roku 1413: král Václav IV. mandátem z 3. ledna svolal klérus království českého k synodě v Českém Brodě, a to ve snaze o obnovu míru a jednoty kláru. V mandátu se mluví i o doktorech a mistrech teologie, tedy o členech univerzity (*assumptis sibi doctoribus et magistris*), a víme, že stanoviska, která byla v této věci vydána, pocházejí z univerzitního prostředí.<sup>2</sup> Speciálním listem se však král, pokud víme, na univerzitu v této věci neobrátil. Představa, že by král promlouval na shromáždění univerzity, navíc jako kazatel, je ovšem absurdní, nabízíme tedy hypotézu jinou, totiž že tím, kdo toto kázání pronáší, je některý z čelných představitelů univerzity, čímž by byl potvrzen dojem výše navozený již incipitem: obratem *in loco principatus* nemusí být méně světský vládce, ale vysoký univerzitní funkcionář, pod slovesem *coronari* pak nemusíme rozumět opravdovou, totiž královskou, korunovaci, a dokonce nejen uvedení do vysoké funkce ať duchovní nebo světské, nýbrž i přímo příslušnou pozici. Z hlediska významu slov, jak jsem rešerší příslušných subsidií zjistila, jsou tyto synonymie dobře možné.<sup>3</sup>

<sup>2</sup> *Documenta Mag. Joannis Hus vitam, doctrinam, causam in Constantiensi concilio actam et controversias de religione in Bohemia annis 1403–1418 motas illustrantia.* Ed. F. Palacký. Pragae 1869, s. 475nn.

<sup>3</sup> *Latinitatis medii aevi Lexicon Bohemorum 1.* Praha 1977, s. 943–944, s. v. *corono* uvádí vedle skutečné korunovace magisterskou, bakalářskou či jinou univerzitní promoci, v přeneseném významu pak *honorare, laudibus ornare, gloria afficere.* Také další slovníky (např. *Thesaurus linguae Latinae*, Forcelliniho *Totius Latinitatis Lexicon*, A. Blaise *Lexicon Latinitatis medii aevi*) umožňují význam věnčít, ozdobit, i oslavit. Podobně lemma *principatus* (v týchž slovnících s výjimkou slovníku *Lexicon Bohemorum*): nemusí jít pouze o vladařské pozice, může se týkat jakéhokoli výsostného postavení ve světské i duchovní sféře (speciální význam, který by se vztahoval k univerzitním funkcím, jsem však nenašla).

Že se jedná o projev akademického hodnostáře, nejspíše o nástupní pozici nově zvoleného rektora, potvrzuji shody s pozicí *Multi sunt vocati*,<sup>4</sup> kterou pronesl mezi 20. a 24. říjnem 1409 po svém zvolení rektorem M. Jan Hus. V tomto projevu i v našem textu se vedle odlišných (Mt 10, 12 – Mt 22, 14) zvolených biblických témat objevují dva ústřední motivy. Nejprve je to více nebo méně rozvedený a konkretizovaný *topos skromnosti*, a za druhé prosba k akademické obci, aby poskytla ze svého středu nově zvolenému hodnostáři vhodné rárce. Husova *positio* i naše *Notae de pace* zde připomínají Mojžíšovu promluvu k Izraelcům v Zajordání na cestě do země zaslíbené, Deut. 1, 15, a dále je v obou případech užito (u Husa přímo, v našem textu aluzí) slov 13. verše této kapitoly: *Date e vobis viros sapientes et gnares et quorum conversatio sit probata....* Domnívám se tedy, že i v případě textu označovaného jako *Notae de pace* před sebou máme rektorskou nástupní pozici, písarsky ovšem značně krácenou. Na otázku, kdo mohl tímto rektorem být, prozatím neodpovídám; uvědomíme-li si ale znova aktuální potřebu smíru a pokusy o něj v českém království právě v letech 1412–1413, mohli bychom pomýšlet na některého z profesorů, kteří byli zvoleni do rektorského úřadu v této době (Marek z Hradce, Křišťan z Prachatic, Michal z Malenic).

## **NOTAE DE PACE IM PRAGER UNIVERSITÄTSKODEX IV G 6**

Nach der Aufzeichnung von Hus' *Sermo de pace* liest man im Kodex IV G 6 der Prager Nationalbibliothek auf f. 60r–62r einen Text, der in den Beschreibungen der Handschrift als *Notae de pace* bezeichnet wird. Es handelt sich nicht um ein einziges Ganzes, sondern um zwei kürzere Texte, von denen der erste auf f. 61r durch das Explizit *prestante domino nostro Iesu Christo* abgeschlossen wird. Die vorliegende Studie widmet sich diesem ersten Text, der dem vorangehenden *Sermo* von Hus nahe steht. Der Gruß im Incipit wendet sich an die akademische Gemeinde der Universität, es folgen ähnlich wie bei Hus scholastische Distinktionen des Begriffs „pax“, weiter wird in der Darlegung die Verantwortung der Universität für die Pflege des Friedens betont. Es kann angenommen werden, dass es sich um eine Ansprache eines akademischen Würdenträgers vor Universitätspublikum handelt.

---

<sup>4</sup> Bartoš, František Michálek – Spurnar, Pavel: *Soupis pramenů k literární činnosti M. Jana Husa a M. Jeronýma Pražského*. Praha 1965, s. 95–96, č. 42; *Iohannes Hus. Positiones, recommendationes, sermones*. Universitní promluvy. Ed. A. Schmidlová (Vidmanová). Praha 1958, s. 21–25.

